



*Gbd*

E libris

**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*





# AD GRATVLATIONEM SOLEMNEM

QVA  
AVSPICATISSIMAS NVPTIAS  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI  
**F R I D E R I C I**

REGNI PORVSSIAE ET ELECTORATVS BRANDENBURGICI  
PRINCIPIS HEREDIS CETERA

ET  
SERENISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAЕ  
DOMINAЕ

**E L I S A B E T H . C H R I S T I N A I**

DVCIS BRVNSVICENSIS ET LVNAEBVRGENSIS ET CETERA  
A. D. XII. IVNII

IN SECESSV SALZTHALENSI CELEBRATAS

VT ET

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI  
**C A R O L I**

DVCIS BRVNSVICENSIS ET LVNAEBVRGENSIS CETERA  
AC

SERENISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAЕ  
DOMINAЕ

**P H I L I P P I N A E C A R O L A I**

PRINCIPIS REGIAE PORVSSICAE ET MARCHIONIS BRANDENBURGICA

ET CETERA

BEROLINI IPSIS KALENDIS IVLIIS  
CONSECRANDAS

CRASTINO DIE HORA X.

DEVOTISSIMA PIETATE PROSEQVETVR

ACADEMIA FRIDERICIANA

INTERPRETE

**I O A N N E H E N R I C O S C H V L Z E D.**

ELOQVENTIAE ANTIQVITATVM PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE PROFESSORE PUBLICO

INVITAT

PRORECTOR IDEMQVE DIRECTOR

**I V S T V S H E N N I N G I V S B O E H M E R V S I C T V S**

POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSILII INTIMIS ORDINIS IURISCON-

SVLTVRM PRAESES VICARIUS PROFESSOR IURIVM ORDINARIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

LITTERIS GRVNERTIANIS MDCCXXXIII



78 M 428

AK

# ELISABETH. CHRISTIANA SERENISSIME PRINCIPES AC DOMINAES DUCANTIAE



**S**i quis vniuersitatem annus Augustae familie Po-  
russio · Brandenburgicæ felix fortunatusque  
fuit, & magnas lætandi ac gratulandi causas  
crebrius attulit: hic certe is ipse est, cuius  
dimidiam partem modo exigimus. Initia  
eius illustrabat spes propinqua magni celissimæ domus in-  
crementi, quod a Serenissima ac potentissima Principe ac  
Domina, Domina FRIDERICA LVDOVICA, Principe  
Porussæ, & Serenissimi Principis ac Domini, Domini CA-  
ROLI WILHELMI FRIDERICI, Marchionis Branden-  
burgici coniuge, exspectabatur tanto cupidius, quo magis  
intererat Serenissimam domum Onoldinam principibus ful-  
ciri, qui felicitatem floremque eius propagarent. DEVMS as-  
fiduis precibus sollicitabamus, vt, quam spem ostenderat,  
felici tandem exitu confirmaret, propitiusque largiretur,  
quo impensius & constanter lætaremur. Nec cupitorum ir-  
riti fuimus, iustoque tempore naeti sumus summis omnium  
votis expeditum principem ac Dominum, Dominum CARO-  
LVM FRIDERICVM AVGVSTVM, quem DEVs augusti  
au plurimo gaudio, serenissimorum parentum solatio, ter-  
rarum hereditario iure ad ipsum pertinentium præsidio, sal-  
uum incolumemque conseruet.

Tanta nos exultantes lætitia, nouo, quo prorsus tri-  
umpharemus, gaudio perfudit exoptatissimum illud nun-  
ciuum

cium de Celsissimo Principe ac Domino, Domino FRIDE-  
RICO, Principe regni Porussæ & Electoratus Brandenbur-  
gici herede, Domino nostro clementissimo, quod is postte-  
ritatis negotium nunc agere, & domum suam procreanda  
sobole amplificare in animum serio induxisset, fidemque  
coniugalis amoris dedisset Serenissimæ Principi ac Dominæ,  
Dominæ ELISABETHÆ CHRISTINÆ, Principi  
Brunsvico-Lunæburgicæ, non minus celsissimæ suæ domus  
antiquissimis & laudatissimis imaginibus vni omnium  
ornatissimæ, quam formæ admirabili decore ac iuuentutis  
summo flore commendatissimæ, affinitatis autem vinculo  
summis, quæ rem Christiani orbis moderantur, familiis ar-  
ctissime innexæ. Patre enim procreata Serenissimo ac Forti-  
ssimo Principe ac Domino, Domino FERDINANDO  
ALBERTO, matre autem edita Serenissima Principi ac  
Domina, Domina ANTONIA AMALIA, Principibus  
Brunsvico-Lunæburgicis, auum veneratur eundem Serenissi-  
mum Principem ac Dominum, Dominum LVDOVICVM  
RVDOLPHVM, quem AVGSTISSIMA ROMANORVM IMPRE-  
BTRATRIX, ELISABETHA CHRISTINA, parentem suum  
tenerrimo amore prosequitur.

Dum nos hilaritas publica, tam auspicatis nuptiis ex-  
citata, totos occupat, dum animo, intentius in Serenissi-  
mum sponsum eiusque celsissimam sponsam defixo, orna-  
mentorum & gloriæ in patriam nostram redundaturæ varie-  
tatem & multitudinem cogitamus, grataque animorum  
præsumptione iam decerpimus futuri temporis exoptatissi-  
mam felicitatem: ampliora iam omnia & augustiora nobis  
se fistunt, quum in societatem nostræ exultationis adduci,  
gaudiisque cum nobis certare videamus amplissime paten-  
tes prouincias Brunsvico-Lunæburgenses, quarum iuuen-  
tutis Serenissimus Princeps & Dominus, Dominus CARO-  
LVS, Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis, iisdem igni-  
bus, quibus in sororem suam Serenissimam exarisse Celsis-  
simum Principem Regium FRIDERICVM viderat, in eius  
Serenissimam sororem PHILIPPINAM CAROLAM,  
Regiam Porusiaæ principem, vicissim inflammatus, thala-  
mi genialis sociam eandem sibi expetiit, expetitamque im-  
petra-

petrauit. O admirabilem animorum coniunctionem, o præclaris omnis plenissimam inter Principes fratres & sorores affinitatem! o diuinam casti amoris propagationem, ipso alterius exemplo ad similitudinem & societatem alterum vocante. Sentimus certe sanguinis toties vltro citroque inter diuos maiores coniuncti viuidam efficaciam & pectorum quandam, quæ verbis exprimine nequit, rationem ac inclinationem, cum ipsa natura innexam & implicatam, cuius maximum fore in futuri temporis felicitatem momentum facile æstimare licet, si computum inuerimus summarum totius Europæ familiarum, cum Regia Porussica & Ducali Brunsui-co-Lunæburgica domibus vel communi sanguinis necessitudine vel affinitatibus vel foederibus demum iunctarum: quas singulas gratulationibus, omnibus, faustissimique successus appreciationibus ambas nuptias prosequi dubitandi adeo nullæ rationes pacatis hisce temporibus adsunt, vt potius certo adfirmare liceat, non facile superfuturam esse Christiani orbis aulam aliquam, quæ non significatura sit quantum his matrimonii delectetur. Quum tam late patet excitata his nuptiis gaudia, nec debuit neque voluit REGIAE domus tot beneficiis immensum in modum obstricta, totaque ab eius incolumentate & æterno flore pendens, subiectissima Academia FRIDERICIANA, in tanta gratulantium votaque DEO nuncupantium multitudine, sola desiderari. Iussit igitur in eo, quod omnium requirit officium, verbis præire IOANNEM HENRICVM SCHVLZIVM ad eloquentiam & antiquitates cum medicina & philosophia docendas clementissimo regis iussu constitutum: quem ut crastino die in publico auditorio hora X. disserturum omnes, QUIREGIAE & ELECTORALIS PORVSSO-BRANDENBURGICAE ut & DVCALIS BRVNSVICO-LVNAEBVRGICAE domuum salutē & incrementis gaudent, beneuelle audiant; vtriusque Reipublicæ processus ac senatores, Illusterrimos COMITES, perillustres BARONES, generosos ac nobilissimos Academiæ ciues, & quisquis præterea bonarum litterarum amore ducitur, quo par est studio & obsequio rogamus & admonemus. P.P. Halæ pridie kal. Iul. clc lcc xxxiii.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kann nicht vergeben!

ULB Halle  
002 108 178



3

56.

KD7

RHD



# AD GRATVLATIONEM SOLEMNEM

QVA  
AVSPICATISSIMAS NVPTIAS  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
**F R I D E R I C I**

REGNI PORVSSIAE ET ELECTORATVS BRANDENBURGICI  
PRINCIPIS HEREDIS CETERA

ET  
SERENISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAE  
DOMINAE

## ELISABETH. CHRISTINAL

DVCIS BRVNSVICENSIS ET LVNAEBVRGENSIS ET CETERA  
A. D. XII. IVNII

IN SECESSV SALZTHALENSI CELEBRATAS

VT ET

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI

## C A R O L I

DVCIS BRVNSVICENSIS ET LVNAEBVRGENSIS CETERA  
AC

SERENISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAE  
DOMINAE

## PHILIPPINAE CAROLAI

PRINCIPIS REGIAE PORVSSICAE ET MARCHIONIS BRANDENBURGICA

ET CETERA

BEROLINI IPSIS KALENDIS IVLII

CONSECRANDAS

CRASTINO DIE HORA X.

DEVOTISSIMA PIETATE PROSEQVETVR

ACADEMIA FRIDERICIANA

INTERPRETE

## IOANNE HENRICO SCHVLZE D.

ELOQVENTIAE ANTIQVITATVM PHILOSOPHIE ET MEDICINAE PROFESSORE PUBLICO

INVITAT

PRORECTOR IDEMOVE DIRECTOR

## IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS ICTVS

POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSILIS INTIMIS ORDINIS IURISCONS  
SVLTORVM PRAESES VICARIVS PROFESSOR IURIVM ORDINARIUS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

LITTERIS GRVNERTIANIS MDCCXXXIII

